Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



22

ustorum et penas impiorum flagella corrigendorum et
temptationes probando per seuerantia contemplationem con-
sidero et iustitias eius. s. flagella michi inflicta non repuli
a me sed patienter sustinui
Perseuerabo in innocencia mea in qua vocatus sum
Et obseruabo me ab iniquitate mea quatinus in iniquitatibus
antique calamitatibus non inuoluar et ita immaculatus ad
hereditatem ei qui non patitur consortium maculatorum cum sit
sanctus sanctorum
Et hoc erit quoniam sano qui retribuet michi dominus
in futuro secundum iustitiam meam et secundum puritatem operum
meorum que semper sunt in conspectu diuinitatis eius
Dixi secundum iustitiam meam et puritatem manuum mearum
non ideo quia hec a me sint sed a te sunt quia ad hoc ut
Homo sit sanctus per gratiam non tu eris effectiue. s. elector
eius et si homo diabolum peruersum sequitur cum ipso pater
subuertetur
Quoniam tu populum humilem sapiencia salui faciet
cum in die iudicii ad dexteram collocabitur et oculos superbo-
rum humiliabis quia cum puerso adiutore suo diabolo subu
tentur et tu in tartari profundo mergentur quantum ad alacrita-
tem corde tumido se tulerit
O tu domine qui illuminasti perfectos s. apostolos et alios pri
mitiuos predicatores qui indo fuerunt luceme et luminaria
quedam illuminacionem eciam predictores alios fideles qui ad
huc carnis obscuritate tenentur
Et ideo rogo ut illuminies me Quoniam si illuminues
mitua virtute eripiar a temptacione diaboli ut non cadam
per consensum et in deo meo transgrediar obstaculum quod inter
homines et celum peccata hominum extruxerunt

Sed sanctificans illum et ad hoc ut sit innocens non tu
eris innocens. s. innocenciam tribuens siue innocentem faciens
Et ad hoc ut aliquis sit electus. s. separatus a societate ma
lorum non tu eris electus effectiue. s. elector